

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad
Exequias Quas Uxori ... Agnetae Clingiae, Amritus ... Dn. Reinholdus von Gehren/
Vir Ampliss. hodie hora prima in templo Mariano paratas cupit, Omnes
Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74741078X>

Druck Freier  Zugang



Huswedelius, J.,

in A. Clinge,

uxor. R. v. Gehren.

R. 1639.

19



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn74741078X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn74741078X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0004)

DFG

RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

Vxori desideratissima

AGNETÆ CLINGIAE,

Maritus mestissimus

Dn. REINHOLDUS von Gehren

Vir Ampliss. hodie hora prima in templo
Mariano paratas cupit,

Omnes Academia Cives studiose ac diligenter
invitatur.



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILI, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.



19

Et seβewr wāideax i τὰ λώια, duοseβewr δ' & Piorum libe-
is bene erit, in piorum non item. Hæc Poetæ
Ethnici sententia est, unde cunq; accepta, cō-
gruens illi, quæ in sacris literis legitur, Generationi
justorum benedicetur, & multis illustribusq; exem-
plis probata. Ne longè eamus, aut aliunde petamus,
quod ante oculos est, CLINGIANA civitatis hujus
familia veritatem utriusq; probat. Confluentia, ubi
Mosella Rheno miscetur, urbs nota & celebris, con-
sulem habuit Dn. LUDOVICUM CLINGIUM, virum no-
bilem & magnificum: Ei filius fuit JACOBUS CLIN-
GIUS, civis ejus Reipubl. primarius. Ex hoc JACOBO
natus est Dn. BARTHOLOMÆUS, vir, ut postea apparuit,
Magnificus, Amplissimus, Consultissimus: qui patria
egressus lucem familiæ suæ in hanc urbem intulit, ac
propagavit. Ea enim eruditione & virtute præditus
fuit, ut ad professoriam dignitatem vocatus, unum
& quinquaginta annos eam ita sustinuerit, ac orna-
verit, ut in ordinem Consiliatorum provincialium hu-
jus nostræ Megapoleos accenseri mereretur, eaq; ad
annos quadraginta cum honore & laude singulari
fungeretur. Is uxorem duxit lectissimam & ornatis-
simam Virginem MARGARETAM Krons / & ex ea legi-
timis nuptijs procreavit, cum alios liberos, tum hanc
de qua nunc agimus, matronam, pietate, castitate &
alijs virtutibus ei sexui & familiæ convenientibus
totentissimam AGNETAM Klingen/ Anno 1580. die 10
Septem-

Septembr. paulo ante secundam horam pomeridiam.
Paternum ergo genus, quale sibi optare potuiss-
set matrona honestissima, habemus: neq; maternum
defuit, aut in eo quidquā desiderari potuit. Etenim
quæ huic mater erat, MARGARETÆ, pater fuit, hujus
nostræ avus maternus, Vir Ampliss, & Prudentissim⁹.
Dn. JOACHIMUS Krone/Senator primarius & hac de
Republ. optimè meritus: Is conjugem sibi lectissimā
junxerat AGNETAN Smedes/ex antiqua & primaria
familia der Schmede oriundam, hujus nostræ defun-
ctæ maternam aviam. Proavus maternus Dn. BERN-
HARDUS Krone/consulatum gesserat hujus Reipubl.
ita ut conveniebat, prudenter ac magnifice. Quibus
ex parentibus, avis proavisq; nata hæc AGNETA suarū
virtutum semina accepit, ac propria virtute auxit, or-
navit, propagavit, quod progressus & eventus evidē-
ter docuit. Quid enim opus est, ut prolixam com-
memorationem texamus, de educatione, insitutio-
ne, ad laborem & curam domesticam adsuetatione,
cum Anno 1601. die 10. Maji Vir Ampliss, & Consul-
tissimus Dn. D. BARTHOLDUS Richler / J. C. & Illustr-
Celsissimiq; Principis Megapolitani Consiliarius,
qui Virginem propter ensinentes in ea virtutes ama-
re cepit, & legitima petitione à parētibus inpetravit,
locupletissimum ei testimonium perhibuerit, non
ducturus, nisi præter splendorem familiæ virtutes in
ea deprehendisset se marito dignissimas. Hoc matri-
monium felici auspicio cōtractum, cætera quidem

Z. 2

satis

satis fortunatum fuit, proventu duarum filiarum MAR-
GARETÆ & AGNETÆ : quarum illa adhuc Dei gratia,
superstes, nupta fuit Viro Clarissimo & Consultissimo
Dn. JOHANNI Kleinschmidt / J. U. D. & hac in Acade-
mia Professori nuper defuncto, collegæ & amico no-
stro, dum viveret, honorando, ex qua septem liberos
vidit avia, sed quibus ipsa maximam partem oculos,
turbato naturæ ordine, clausit, quod ab ipsis, si fatalis
ordine ivisset ei præstandū fuisset. Hac vero AGNETA
cessit in matrimonium Viro & Civi hujus Reipubl.
primario Dn. JOHAN Gaulen / ex qua novem vidit li-
beros ex quibus tamen tres itidem deceperunt ante
aviam, sex reliqui, Dei gratia, adhuc superstites. Ha-
rum ergo duarum filiarum proventu fortunatum
fuit illud conjugium, placidum, concordię, fidei & a-
moris plenum, sed parum diutinum : siquidem
quarto anno diremum hoc fuit fatali necessitate,
quæ piis conjugibus dolorem & luctum ex illa sejun-
ctione peperit. Quo in luctu & lecto viduo cum ad-
quintum usq; annum vixisset, superstites parentes ei
suasores & auctores extiterunt mutandæ conditio-
nis & repetendæ vitæ conjugalis. Igitur consilium
& auctoritatem parentum secuta secundis nuptiis
conuncta est anno 1609, dies 5. Decembr. Ampliss. &
Consultissimo Viro Dn. REINHOLD von Gehren/
J. U. Doctori & judicij provincialis Megapolitani
Adsestoridignissimo : Quod matrimonium præter

cæ-

cæteram felicitatem haud paulo diuturnius, si in rebus humatiis diuturnum quidquam dicendum, annos 29, & menses tres complectitur. Nec ei, cum pariter concors ac tranquillum esset, divina benedictio sobolis generosæ defuit. Siquidem dilectissimo coniugi, nunc viduo mæstissimo peperit hæc piè defuncta uxor quinos liberos, ex quibus unus JOHANNES ERHARDUS von Gehren / & altera ELISABETHA, ex hac vita discesserunt: Ursula vero Dei gratia, adhuc superstes in matrimonium concessit Viro. Amplissimo & Consultissimo Dn. D. HERMANNO MEIFERO, antehac Consiliario Megapolit. aulico, deinde judicij assessori, nunc autem in Holsatia pratico celeberrimo: quo matrimonio itidem vidiit avia quinos liberos, quorū duo fatis concessere, cæteri adhuc in vivis, Dei Gratia, supersunt. Tertius BARTHOLDUS von Gehren / itidem superstes, J. U. Doctoratu floret, ac Marpurgi Hassorum felici conjugio legitimè sibi copulavit præstantissimam Virginem ELISABETHAM Paulin / filiam Viri Amplissimi & Consultissimi Dn D. CHRISTOPHORI PAULINI, judicialis Consiliarij aulici Hassiaci, p.m. idq; ante menses quasi quatuor, cum parentū autoritate & consilio ea in re usus esset. Quartus REINHOLDUS von Gehren / itidem superat ac vescitur aura Ætheria, in exteris Academis studia, quorū causalegatus est, gnaviter persequutus. Florentissimæ igitur familiæ liberos, nepotes, neptesq; florentes vi-

dit beata mater, & avia, sed ipsa non semper commoda valetudine usq; quam graves atq; interdum diurni morbi nō raro tentarunt, qui quod minati diu fuerant, tandem die 8. Febr, facere cæperunt. Cum n. aliquot septimanis ante sensisset non optime sibi esse, eo die, qui dictus est, serio rem geri deprehendit, & quæ prudentes viatores facere solent, de rebus ad iter sibi necessariis mature prospexit. Cum n. sciret, primum patientia sibi opus esse ad laborem ferendū, ea vero, tanquam herba rara, non quolibet in horto germinaret, ex literarum sacrarum arcolis eam sibi petendam censuit. Deinde sciebat sibi viatico opus esse, ad emetiendum iter, quo ex hac vita in æternam pervenitur, eo quoq; se instrui & vires animæ confir mari, per fidem in Servatorem & Redemptorem Jesum Christum voluit. Cui cum se totam permisisset, cum animam suam in illius manus commendasset, die 27. Febr, sub mediam noctem, quadrante horæ post duodecimam, Anno ætatis quinquagesimo nono, eam Servatori tradidit ac beato obitu ex hac vita in coelestem & æternam concessit. Hoc vitæ curriculum ab honestissima matrona feliciter absolutum, vix potuit aliter absolvī, siquidem à careerib; nostris ad candidum vitæ æternæ calcem, semper vestigia Redemptoris p̄euntis in pietatis cultu sincero, in dilectione proximi, in obedientia, fide ac spe diligenter pressit, cæteras virtutes convenientes sexui suo exercevit, luxum, lasciviam, superbiam exosa, ut frueretur bono.

bona cōscientia semper studuit, non sibi solū, ut quæ
innocētiam sequitur, sed ut honestā quoq; existimā-
tionem apud alios, acquireret. Quæ virtutes, quan-
to cōspectiores in ea fuerunt tanto majorem lugen-
dicopiam discedens reliquit, non solum dilectissimo
cōjugi, sed & fratri unico superstiti Viro Amplissimo
Dn. BLRNHARDO CLINGIO, Consuli hujus Rei-
publ. magnifico, & sorori ANNAE CLINGIAE, in
Holsatia absenti, viduæ Ampliss. & Consultiss. Viri
Dn. THEODORI BUSSII, Regij ac Ducalis per Hol-
satiam Cancellarij provincialis. Cæteri n. frater unus
in juventute defunctus, ac tres sorores primariis an-
te hac apud nos viris nuptæ fratrem defunctum secu-
tæ, extra hujus doloris ac luctus periculum sensumq;
positi, superstitem dolorem eo ipso cumulatiorem
reddunt: Quia tamen in re, ut moderate versentur,
nostra forsitan admonitione opus non habent. Ea
n. ipsi pietate sunt, ea prudentia & animi constantia
prædicti, ut omnia adversa facile superēt, modo Chri-
stianæ fidei & rectæ rationi radios admittant, qui fu-
mos caliginosi luctus dispellant ac serenitatem redu-
cant. Meminerit mœstissimus maritus dilectissimæ
conjugis, amorem, fidem, curam domesticam & alias
commoditates haud exiguae, haud vulgares, haud
parcas sibi contigisse per annos ipsos unde triginta &
eo amplius. Hæ luctu prosequendæ non sunt, quin
potius Deo autori ac datori earum gratiæ agendæ, qui
tam

gam fortunatae copiae osum tam diuturnum tanto cum fru-
stu permiserit. Meminerint idem frater & soror supersti-
tes, & gratulentur sibi non solum de amore sororio, quo
u'rumq; complexa est dum viveret sed ipsi quoq; quæ de-
cedens in isto constanter mansit. Relictis liberis & ne-
potibus ipsi maiores, pater, avunculus, mater tera exemplo
erunt, ut in sua pietate & moderatione acquiescent. Om-
nes vero Dei patris benignissimi voluntatem plus quam
paternam pie & comiter agnoscent, cupide amplectentur,
& benevolentia plenam experientur, nec libertatem, pa-
cem, quietem beatæ ac feliciter compositæ, inmoderatis
lacruminis turbabunt. Quotidianis precibus à Deo con-
tendimus, & hæc nostra beatæ, si quæquam alia, identidem
contendit, ut liberemur à malo. Atqui nullo id compen-
dio rectius & melius, imo & constantius, fieri potest, quam
isto Mortis beatæ, quæ nullam recidivam admittit, com-
pendio. Intermissiones quidem nonnullæ sunt in hac vi-
ta à morbis, ab exactionibus, à penit, ab alijs molestiis. Sed
hæc identidem recurrent, & neminem sine periculo aut
metu saltem periculi esse sinunt, nisi qui vel sit mortuus,
vel mortuo similis, mortis meditationi, qualem vera fides
& recta Philosophia docent, perpetuo deditus. In nobis
quoq; Cives Academici, & nostra ope si aliquid situm est,
nihil desiderari patiemur. Postular officium nostrum,
Clingianæ familiæ dignitas, postulat maritus, Academiacæ
nostræ civis primarius, postulant liberi, cognati, propin-
qui, non magis vivi, quam defuncti. Respondeamus huic
illorum exspectationi & frequentes ad funus prosequen-
dum, in templo S. Mariæ hora prima compareamus, pro-
vincia, Academiacæ, civitatis, nostram singulorum salutem

Deo commendantes P. P. Rostochii sub sigillo

Rectoratus Anno M DC XXXIX.

die IV. Martij.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn74741078X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn74741078X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn74741078X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn74741078X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74741078X/phys_0016)

DFG

Septembr. paulo ante secundam horam
nam. Paternum ergo genus, quale sibi d
set matrona honestissima, habemus: ne
defuit, aut in eo quidquā desiderari po
quæ huic mater erat, MARGARETÆ, pate
nostræ avus maternus, Vir Ampliss. & P
Dn. JOACHIMUS Krone/Senator primariu
Republ. optimè meritus: Is conjugem
junxerat AGNETAN Smedes/ex antiqua
familia der Schmede oriundam, hujus n
Etæ maternam aviam. Proavus matern
HARDUS Krone/consulatum gesserat hu
ita ut conveniebat, prudenter ac magni
ex parentibus, avis proavisq; nata hæc
virtutum semina accepit, ac propria vir
navit, propagavit, quod progressus & ev
ter docuit. Quid enim opus est, ut pre
memorationem texamus, de educatio
ne, ad laborem & curam domesticam ad
cum Aano 1601. die 10. Maii Vir Ampli
tissimus Dn. D. BARTHOLDUS Kichler / J
Celsissimiq; Principis Megapolitani
qui Virginem propter eminentes in ea
re cepit, & legitima petitione à parētib;
locupletissimum ei testimonium perhi
ducturus, nisi præter splendorem famil
ea deprehendisset se marito dignissimas
monium felici auspicio cōtractum, ca

Z. 2

